

legatos domuit. Huic Parthi signa, quae Crasso su-
stulerant, ulti reddiderunt. Indi, Scythaes, Sarmatae,⁵
Daci, quos non domuerat, dona miserunt. Iani ge-⁶
mini portas bis ante se clausas, primo sub Numa,
⁵ iterum post primum Punicum bellum, sua manu clau-
sit. Dictator in perpetuum factus a senatu ob res⁷
gestas Divus Augustus est appellatus.

Cato praetorius Catonis censorii pronepos cum⁸⁰
in domo avunculi Drusi educaretur, nec pretio nec
¹⁰ minis potuit adduci a Q. Popedio Silone Marsorum
principe, ut favere se causae sociorum diceret. Quae-²
stor Cyprum missus ad vehendam ex Ptolomaei here-
ditate pecuniam cum summa eam fide perduxit; pree-
terea coniuratos puniendos censuit. Bello civili Pom-³
¹⁵ pei partes secutus est; quo victo exercitum per deserta
Africæ duxit, ubi Scipioni consulari delatum ad se
imperium concessit. Victis partibus Uticam concessit,⁴
ubi filium hortatus, ut clementiam Caesaris experire-
tur, ipse lecto Platonis libro, qui de bono mortis est,
²⁰ semet occidit.

Marcus Tullius Cicero, genere Arpinas, patre⁸¹
equite Romano natus, genus a Tito Tatio rege duxit.
Adolescens Rosciano iudicio eloquentiam et libertatem²
suam adversus Sullanos ostendit; ex quo veritus in-
²⁵ vidiam Athenas studiorum gratia petivit, ubi Antio-
chum Academicum philosophum studiose audivit. Inde
eloquentiae gratia Asiam, post Rhodum petiit, ubi
Molonem Graecum rhetorem tum disertissimum ma-
gistrum habuit; qui flesse dicitur, quod per hunc
³⁰ Graecia eloquentiae laude privaretur. Quaestor Sici-
liam habuit. Aedilis Gaium Verrem repetundarum
damnavit. Praetor Ciliciam latrociniis liberavit. Con-⁴